tiam: Fer opem miſeræ & afflictæ Eccleſiæ tuæ: libera eam omni tyrannide & ignominia. Conſolare & confirma quotquot ſunt animo vel corpore afflicti. Da nobis tuam pacem, per Ieſum Chriſtum filium tuum, Dominum noſtrum, qui hanc nobis indubitatā de tua voluntate promiſsionem edidit: Amē dico vobis, quicquid petieritis à Patre in nomine meo, hoc dabit vobis, eaque freto nos ſic precari iuſsit: Pater noſter, &c.

FAc etiam, ut conſtanter perſeveremus, & quotidie proficiamus in vera illa, certa, & ab ipſo mundi exordio ad nos propagata Chriſtianorum fide, & per eam Chriſti & omnium bonorum eius magis ac magis participes fiamus, quam ſic ore & corde confitentes dicimus: Credo in Deum, &c.

2. Corinth. 13.

Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti, & Charitas Dei, & Communicatio Spiritus S. ſit cum omnibus vobis, Amen.

PRECATIO SCHOlaſtica.

1. Tim. 6. & 2. Tim. 1.

Ὦ τιμόθεε, τὴν παρακαταθήκην φύλαξον, καὶ ἀναζωπύρει τὸ χάρισμα τοῦ θεοῦ, ὅ ἐστιν ἐν σοί.

Omni-